

huc bene sedacte supersedeatur ad presens. Uerum scribatur duche et consiliarijs Crete presentibus et committatur etiam consiliarijs nunc ituris quod super predictis omnibus et singulis ipsi quinque simul esse conferre et examinare debeant et suum nobis consilium super eis per predictos consiliarios in scriptis amittere debeant informantes se nichil dicti consiliarij de consilio et opinionibus duche et consiliariorum remanentium super premissis. Et infra unum mensem tunc proximum subsequentem postquam applicuerunt Venecijs consiliarij supradicti et habitum fuerit consilium aliorum, teneantur dominus, consiliarij et capita uenire ad consilium Rogatorum cum consilio et opinionibus predictorum, in quo consilio uocentur dicti consiliarij et sapientes qui nunc sunt, ubi tunc fiet et terminabitur, sicut uidebitur. 5
10
15

20

F^o 76^r № 653. Ἐκλέγονται πέντε σοφοί πρὸς μελέτην τῆς καταστάσεως ἐν Κρήτῃ καὶ τῆς ἀλληλογραφίας τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει πρεσβευτοῦ Πέτρου Ντὰ Κανάλη.

Ἐξελέγησαν:

Σὲρ Μάρκος Λορδᾶνος ἐπίτροπος,	Σὲρ Μᾶρκος Ἰουστινιάνης ἐπίτροπος,
Σὲρ Φράγκος Κουϊζῖνος	Σὲρ Νικόλαος Γραδόνικος νίδις τοῦ Δόγη,
Σὲρ Μάρκος Ρουτζίνης.	1342, Αὐγούστου 24.

21

Μέτρα κατὰ τῆς ἐπαναστάσεως 1342.

Κώστα Καψοκαλύβη καὶ τῶν υἱῶν του Μιχαὴλ καὶ Ἐμμανουὴλ.

1ον Ἐκλέγονται τρεῖς προνοηταί, οἵ διοῖοι ὁφείλουσι νὰ ἀναχωρήσωσιν ἀμέσως διὰ τῶν κατέργων Κύπρου εἰς Κρήτην καὶ νὰ εἰρηνεύσωσιν αὐτὴν διὰ παντὸς τρόπου κατὰ τὴν κρίσιν των.

2ον Οἱ ἐν λόγῳ προνοηταὶ δύνανται νὰ ληφθῶσιν ἐξ ὅλων τῶν Βενετοκρατουμένων μερῶν, πλὴν τῶν καπετάνων τοῦ στόλου καὶ τῶν ὑπηρετούντων ἐν θαλασσίᾳ ὑπηρεσία. Καθορισμὸς μισθοῦ των.

3ον Ὁδηγίαι διὰ τοὺς ἐκλεγησομένους τρεῖς προνοητάς.

4ον Περὶ τῆς τιμωρίας τῶν ἐπαναστατῶν.

5ον Δύνανται οἵ ἐν λόγῳ προνοηταὶ νὰ ζητῶσιν ἐνισχύσεις παρὰ τῶν καστελλάνων Μεθώνης καὶ Κορώνης.

6ον Περὶ χορηγιμοποιήσεως, πρὸς καταστολὴν τῆς ἐπαναστάσεως, τοῦ ἐπανερχομένου ἐκ Κύπρου στόλου.

7ον Περὶ τῶν ἀποσταλησομένων ὅπλων κατόπιν αἰτήσεως τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων,

Ἡτοι Θωράκων	200	Ἀγκύστρων	300
--------------	-----	-----------	-----

Περιτραχηλίων σιδηρῶν	200	Βελῶν	10.000
-----------------------	-----	-------	--------

Βαλλιστηρίων (arbalette)	300	Ἄσπιδων	400
--------------------------	-----	---------	-----

κατόπιν αἰτήσεως τοῦ ρέκτορος Ρεθύμνης:

Βαλλιστηρίων 70 μετ' ἀγκύστρου καὶ τῶν ἀναλόγων λογγῶν

Θωράκων 70 μετ' ἵσαριθμων ἀσπίδων.

8ον Ἀποστέλλονται οἵ ζητηθέντες ὅπλοφόροι, ἥτοι βαλλιστάριοι 200.



9ον 'Ως πρὸς τὰ αἰτούμενα χρήματα, ἀποστέλλονται διὰ τῶν προνοητῶν δουκάτα 5.000 εἰς κέρματα.

Δύνανται δὲ οἱ προνοηταὶ νὰ προμηθεύωνται χρήματα διὰ δανείου συνομολογουμένου ὑπὸ τῆς κοινότητος.

10ον 'Ως πρὸς τὸν αἰτούμενον σῖτον, δύνανται νὰ λάβωσιν ἐκ Σικελίας ἢ ἐξ Ἀπουλίας μέχρι 20.000 σταρά, ἐὰν δὲν ἔπαρχῃ ὁ σῖτος, τὸν ὅποιον ἡθελον προμηθευθῆ ναυλώνοντες πλοῖα Βενετῶν, ὅθεν δήποτε, παρὰ τὰς διαταγάς, αἱ ὄποιαι ἐδόθησαν περὶ συγκεντρώσεως σίτου διὰ τὴν Κρήτην.

11ον Οἱ προνοηταὶ ὀφεῦλουσι μετὰ τὴν καλὴν ἔκβασιν τῶν ἐνεργειῶν πρὸς καταστολὴν τῆς ἐπαναστάσεως νὰ ἐπανέλθωσιν εἰς Βενετίαν.

12ον Πρὸς μετάβασιν τῶν ἐκλεγέντων προνοητῶν εἰς Κρήτην νὰ ἀναβληθῇ τὸ ταξείδιον τῶν κατέργων Κύπρου μέχρι τῆς προσεχοῦς Τετάρτης.

Pro rebellione 1342.

Fo 76^{to} № 654. Millesimo trecentesimo XLII. Indicione x, die xxv mensis Augusti.

Intellectis ad plenum litteris missis per ducham Crete et eius consilium et alios rectores insule nostre Crete, de nouitatibus exortis in insula occasione rebellionis Coste Capsocaliui et Michaelis et Hemanuelis filiorum ipsius proditorum 5 et rebellium nostri dominij. Consideratis mature omnibus et singulis contentis in ipsis litteris et condicione negotiorum que ut audistis nimis accensa esse uidentur. Consulunt Sapientes pro bono et utili agendorum.

№ 655. Capta. Quod in Christi nomine et gloriose Marie Matris eius et beati Marci Apostoli et euangeliste protectoris nostri, ad quorum honorem et laudem 10 cuncta negocia nostra procedunt. Elligantur tres solempnes prouisores qui cum galeis presentibus Cipri ire debeant ad partes Crete occasione nouitatum istarum. Quibus committatur quod in bona fortuna ire debeant ad partes Candide et ibi recipere informacionem a ducha, consiliarijs et alijs a quibus melius poterunt de facto nouitatum rebellionis istius. Et quod per omnem modum et uiam 15 quibus melius poterunt, prouideant, procurent et studeant quod dicte nouitates sopiantur et quietentur cum honore nostro et confusione et exterminio rebellium predictorum, ortando, animando et disponendo nostros fideles deinde ad ipsum negocium secundum quod uiderint conuenire ut ipsum factum ad finem laudabilem producatur et ut insula talibus proditoribus expurgata remaneat in statu pacifico et tranquillo. Pro quibus omnibus et singulis negocijs et ipsorum quolibet 20 et dependentibus aut occurrentibus aut que dependere occurrere uel spectare possent occasione ipsarum nouitatum et rebellionis ipsi nostri prouisores per maiorem partem eorum habeant plenam libertatem, arbitrium et omni modum potestatem faciendi, ordinandi, committendi, prouidendi, tractandi, deliberandi 25 expendendi, pacissendi, affranchandi et parcendi in omni casu secundum quod eis uel maiori parti eorum uidebitur et placebit et secundum quod rerum condicio postulabit habentes semper respectum ad honorem nostrum et conseruatio-



nem et statum pacificum insule memorate. Uerum in iusticia facienda si qua occurent fienda in personis remaneat regimini duche et consiliarijs.

Nº 656. Altera pars fuit ser Marci Justiniano quinti sapientis. Quod prouisores mitterentur per modum predictum, uerum in negotijs occurrentibus occasione istarum nouitatum, uolebat quod dicti prouisores dum essent in ciuitate Candide deberent communicare et conferre cum ducha et consiliarijs uel cum parte ipsorum qui essent in terra et illud quod per maiorem partem 30 istorum es-
set diffinitum deberet fieri et compleri. 35

38 de non o—non sincere 4.

Nº 657. Et ut dicti prouisores elligantur tales qualles requirunt negocia et quod terra in hoc habet intencionem suam possunt dicti prouisores accipi de omni loco unde possunt accipi XII regimina, non possendo accipere capitaneum armatarum et homines qui non essent in terra et debeant elli-
gi per tres manus una uidelicet per dominum, consiliarium et capitaneum et alie due per duas manus electorum in maiori consilio qui omnes electi debeant in dicto consilio approbari ad unum ad unum et illi tres qui habuerint plures ballotas de sic habendo 40 maiorem partem consilij sint firmi. Et si nullus transiret uel non omnes transi-
rent, debeat fieri electio iterato de deffficientibus et approbare per modum pre-
dictum. Et habeant dicti prouisores pro eorum salario libras IIII centum in qua-
tuor mensibus pro quolibet et ab inde in antea libras L pro quolibet in mense et 45 in ratione mensis. Et debeant habere et tenere IIII domicellos pro quolibet, unum
notarium, unum expensatorem et unum chochum inter omnes. Et possint ex-
pendere ducatos unum pro quolibet in die et grossos sex pro notario inter omnes 50 in expensis oris solummodo. Et non possint dicti prouisores refutare sub pena
librarum CC et teneantur respondere die qua fuerunt electi per diem.

Fº 77^r Nº 658. Capta. Quod dicti prouisores de quanto erunt simul debeant habitare omnes in simul saluo pro euidenti occasione infirmitatis sue. Et si aliquis ipso-
rum alia causa non habitauerit cum socijs perdat salarym et expensas de tanto 55 tempore quanto non habitaret cum socijs. Et non possint facere nec fieri facere mercimonia in insula Crete donec fuerint in dicto seruicio, nec possint recipere donum uel presens aliquo modo uel ingenio. Et insuper non possint comedere cum aliquo pheudato deinde, nec aliquis pheudatus possit comedere cum eis in ciuitate Candide. 60

Nº 659. Capta. Et scribatur duche et consiliarijs Crete ac rectoribus nostris Canee et Rethimi quomodo receptis litteris suis de nouitatibus huiusmodi exinde amaritudinem sensimus et dolorem considerantes potissime cum quanta benignitate et gratia fideles nostros beniuolis fauoribus prosequamur eorum bonum



65 plusquam proprium procurantes a quibus in ueritate non mereremur taliter mun
nerari. Set speramus in eo qui est summa prouisio et qui non permittit malignes recipere nutrimentum quod dicti infideles et rebelles nostri sine distanca temporis premium recipient sui delicti, ita quod pena et destructio ipsorum transibit alijs in exemplum. Et quod insula nostra eradicatis quibuslibet noxijs permanebit in statu pacifico et quieto cum honore nostro et bono nostrorum fidelium ac confusione et morte infidelium predictorum. Et ut hec melius et apcius fieri possint prouidimus illuc mittere nostros prouisores solempnes qui ad negocia ipsarum nouitatum solum impliciti habeant super occurrentibus ordinare prouidere tractare deliberare etc. ut honori nostro et bono negociorum uiderint conuenire.
 70 75 Quibus prouisonibus dicti ducha, consiliarij et rectores dare debeant omne auxilium, consilium et fauorem secundum quod duxerint requirendum.

Nº 660. Capta. Possint etiam prouisores predicti si et quando eis uel maiori parti eorum uideretur mittere ad castellanos nostros Coroni et Mothoni pro succursu gentium et aliorum ut uiderint expedire, quibus mandetur quod ad omnem requisitionem ipsorum debeant eisdem succurrere secundum quod duxerint requirendum.

Nº 661. Capta. Quod pro suasione nostrorum fidelium insule Crete hoc instanter requirentium ordinetur et mandetur capitaneo nostro Culfi quod presentem nostram armatam Cipri debeat sociare usque in Cretam et ibi si uidebitur omnibus prouisoribus concorditer neccesarium quod dictus capitaneus maneat ibi cum sua armata uel uadat per insulam in aliquem locum possint ipsum retinere per aliquos dies prouidendo tamen taliter quod ipse capitaneus possit ad tempus debitum esse cum sua armata pro sociando galeas Romanie et Cipri in suo reditu secundum usum. Et committatur prouisoribus nostris quod circa reditum galearum Cipri sifacta et nouitates insule essent in tali statu, quod deus nollit, quod necessario uidetur eis quod galee Culfi in toto uel parte, deberent uenire ad illas partes, debeant hoc notificare per suas litteras capitaneo nostro Culfi. Cui capitaneo mandetur quod sociatis ambabus armatis intra Culfum ut moris est debeat obseruare secundum quod dicti prouisores sibi duxerint ordinandum.

Nº 662. Capta. Ad factum uero armorum que petunt ducha et consilialij consulunt quod dicta arma secundum quod petunt mittantur eisdem computatis in hoc numero illis armis que pridie sibi miserunt patroni que nondum potuerunt applicuisse illuc. Et similiter mittantur arma petita per rectorem Rethimi.

100 Arma petita per ducham sunt coratiae cc, collaria cc, balliste ccc, crochi ccc, ueretoni x mille, pauesia cccc.



Arma petita per rectorem Rethimi sunt balliste LXX furnite de crochis et tot falcatores quot erunt necessarij pro dictis ballistis et a LXX coracias et totidem pauesia.

Nº 663. Millesimo trecentesimo XLII, die xxv Augusti.

105

Capta. Super facto uero armigerorum quos petunt consulunt quod statim capta ista parte ponatur banchum et soldizentur cc boni ballistarij cum stipendio quod uidebitur domino, consiliario et capitaneo qui ballistarij mittantur in Cretam cum presentibus galeis Cipri de quibus et alijs dicti prouisores possint ordinare et disponere secundum quod uiderint opportunum et debeant recipere dicti ballistarij soldum pro tribus mensibus.

Nº 664. Capta. Super facto uero pecunie requisite per ipsos consulunt sapientes quod pro expensis que occurant fiende prouisores nostri debeant ferre secum dehinc usque ad quantitatem v mille ducatorum in monetis. Et quod ultra hoc ipsi prouisores habeant libertatem accipiendi per ullum modum qui sibi utilior apparebit pecuniam mutuo supra nostrum commune a quibuscumque personis et in illa quantitate, que sibi necessaria uidebitur et secundum quod requiret condicio agendorum et de hoc fiant eis patentes littere, quantum ad plenum fieri poterunt, habentes semper respectum ad agrauandum nostrum commune de expensis quam minus poterunt.

115

Nº 665. Capta. Super facto uero frumenti quod petunt eis concedi posse extandi de insula Sicilie uel de partibus Apulie usque ad quantitatem xx mille statorum, respondeatur eis quod iam concesseramus eisdem quod possent naulizare nauigia nostrorum ubicumque possent et uellent non obstante aliquo ordine dato nauigijs pro recuperando frumentum pro insula. Et quod si dicta licencia non sufficit sibi concedimus eis secundum quod petunt.

120

Nº 666. Capta. Quod committatur istis nostris prouisoribus ituris quod si facta ut speramus recipient bonum finem debeant cum fuerint expediti Venecias remeare.

Nº 667. Capta. Quod occasione istorum prouisorum qui debent ire cum galeis predictis retineantur ipse galee usque ad diem mercurij proximi.

125

22

Οἱ ἐκλεγέντες σοφοὶ περὶ τῶν Κρητικῶν ὑποθέσεων νὰ μελετήσωσι τὰς ἐκ Κρήτης ἐπιστολὰς καὶ τὰς πρεσβείας Χάνδακος καὶ Χανίων. 1342, Αύγουστου 25.

Fº 78r

Nº 669. Millesimo trecentesimo LXII, die xxv Augusti.

1

Capt. Quod committatur sapientibus electis pro factis Crete quod examinent litteras que uenerunt de nouo de Creta, et ambaxatas Crete et Canee et possint

